

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fraus et dolus m  
cum fonte primo

Occultum et insidiosum malum perfidia,  
cuius efficacissime uires sunt mentiri et fallere,  
fructus in aliquo admisso scelere consistit,

Occultum iam et insidiosum malum, perfidia,  
latebris suis extrahatur.  
cuius efficacissimae uires sunt mentiri ac fallere,  
fructus in aliquo admisso scelere consistit,  
tum certus cum credulitatem nefariis uinculis circumdedit,  
tantum incommodi humano generi adferens quantum salutis bona fides praestat.

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 9.6.praef. (J. Briscoe ed., p.598, ll.1-6).

que mendaciis et fallacia quasi preclaris artibus gaudet.

Valerius Maximus libro IX.

Hannibal porro Nucerinos,  
hortatu suo cum binis uestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos,  
uapore et fumo balnearum strangulando,  
et Acerranorum senatum eadem ratione extra moenia euocatum in profunda puteorum abiciendo,  
nonne bellum aduersus populum Romanum et Italiam professus aduersus ipsam fidem acrius gessit,  
medaciis et fallacia quasi preclaris artibus gaudens?

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 9.6.ext.2 (J. Briscoe ed., p.600, ll.48-55).